TYGODNIK KATOLICKI № 2.

pervenire, modo haec dogmata ipsi rationi tamquam objectum proposita fuerint.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1862.
Epist. ad eumdem Tuas libenter 21 decembris 1863.

X. Quum aliud sit philosophus, aliud philosophia, ille jus et officium habet se submittendi auctoritati, quam veram ipse probaverit; at philosophia neque potest, neque debet ulli sese submittere auctoritati.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1862.
Epist. ad eumdem Tuas libenter 21 decembris 1863.

XI. Ecclesia non solum non debet in philosophiam unquam animadvertere, verum etiam debet ipsius philosophiae tolerare errores, eique relinquere ut ipsa se corrigat.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1863.

XII. Apostolicae Sedis, romanarumque Congregationum decreta liberum scientiae progressum impediunt.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1862.

XIII. Methodus et principia, quibus antiqui Doctores scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XIV. Philosophia tractanda est, nulla supernaturalis revelationis habita ratione.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

N. B. Cum rationalismi systemate cohaerent maximam partem errores Antonii Günther, qui damnatur in Epist. ad Card. Archiep. Coloniensem Eximiam tuam 15 junii 1847, et in Epist. ad Episc. Wratislaviensem Dolore haud mediocri 30 aprilis 1860.

§ III.

Indifferentismus, Latitudinarismus.

XV. Liberum cuique homini est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XVI. Homines in cujusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire aeternamque salutem assequi possunt.

Epist. Encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Ubi primum 17 decembris 1847.
Epist. Encycl. Singulari quidem 17 martii 1856.

XVII. Saltem bene sperandum est de aeterna illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur.

Alloc. Singulari quadam 9 decembris 1854.
Epist. Encycl. Quanto conficiamur 17 augusti 1863.

XVIII. Protestantismus non aliud est quam diversa verae ejusdem christianae religionis forma, in qua aeque ac in Ecclesia catholica Deo placere datum est.

Epist. encycl. Noscitis et Nobiscum 8 decembris 1849.

§ IV.

Socialismus, Communismus, Societates clandestinae, Societates biblicae, Societates clericoliberales.

Ejusmodi pestes saepe gravissimisque verborum formulis reprobantur in Epist. encycl. Qui pluribus 9 nov. 1846; in Alloc. Quibus quantisque 20 april. 1849; in Epist. encycl. Noscitis et Nobiscum 8 dec. 1849; in Alloc. Singulari quadam 9 dec. 1854; in Epist. encycl. Quanto conficiamur moerore 10 augusti 1863.

dogmatach, byle tylko te dogmata samemu rozumowi jako przedmiot przedłożone zostały.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1862.
Epist ad eumdem Tuas libenter 21 decembris 1863.

X. Ponieważ inną jest rzeczą filozof, a inną rzeczą filozofia, dla tego filozof ma prawo i obowiązek poddania się władzy, którą sam uzna za prawą; ale filozofia ani może ani powinna poddawać się jakiejkolwiek władzy.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1862·
Epist. ad eumdem Tuas libenter 21 decembris 1863.

XI. Kościół nietylko nie powinien przeciw filozofii występować, ale nawet ma obowiązek znosić błędy tejże filozofii, pozostawiając jéj saméj, by się poprawiła.

Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas 11 decembris 1863.

XII. Wyroki Stolicy Apostolskiéj i Kongregacyi Rzymskich wstrzymują swobodny postęp nauki.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1862.

XIII. Sposób i zasady, jakich starzy doktorowie scholastyczni do theologii używali, bynajmniéj się nie zgadzają z potrzebami naszych czasów i z postępem nauk.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XIV. Filozofia traktować się powinna bez wszelkiego względu na objawienie nadprzyrodzone.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

N. B. Z systematem racyonalizmu stoją w styczności powiększéj części błędy Antoniego Günthera, który potępionym został w Liście do Kard. Arcybisk. Koloń. Eximiam. tuam 15 Czerwca 1847 i w Liście do Bisk. Wrocławskiego. Dolore haud mediocri 30 Kwietnia 1860.

§ III.

Indifferentyzm, Latitudinaryzm.

XV. Wolno każdemu człowiekowi tę przyjąć i wyznawać religią, którą za światłem rozumu uzna za prawdziwą.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XVI. Ludzie w praktyce jakiejkolwiek religii mogą zbawienie osiągnąć.

Epist. Encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Ubi primum 17 decembris 1847.
Epist. Encycl. Singulari quidem 17 martii 1856.

XVII. Przynajmniéj można mieć nadzieję zbawienia tych wszystkich ludzi, którzy do prawdziwego Kościoła Chrystusowego nie należą.

Alloc. Singulari quadam 9 decembris 1854.
Epist. Encycl. Quando conficiamur 17 augusti 1863.

XVIII. Protestantyzm nie jest nic innego jak odmienna jednéj i téj saméj religii chrześcijańskiéj forma, w którym zarówno jak w Kościele katolickim dano jest podobać się Bogu.

Epist. Encycl. Noscitis et Nobiscum 8 decembris 1849.

§ IV.

Socyalizm, Kommunizm, Towarzystwa Tajne, Towarzystwa biblijne, Towarzystwa klerykoliberalne.

Zarazy tego rodzaju częstokroć najcięższemi wyrazami potępione zostały w Liście encykl. Qui pluribus 9 Listopada 1846; w allok. Quibus quantisque 20 Kwietnia 1849; w Liście encykl. Noscitis et Nobiscum 8 Grud. 1849; w Allok. Singulari quandam 9 Grud. 1854; w Liście encykl. Quanto conficiamur moerore 10 Sierpnia 1863.

§ V.

Errores de Ecclesia ejusque juribus.

XIX. Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus juribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quae sint Ecclesiae jura ac limites, intra quos eadem jura exercere queat.
Alloc. Singulari quadam 9 decembris 1854.
Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XX. Ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere non debet absque civilis gubernii venia et assensu.
Alloc. Meminit unusquisque 30 septembris 1864.

XXI. Ecclesia non habet potestatem dogmatice definiendi religionem catholicae Ecclesiae esse unice veram religionem.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXII. Obligatio, qua catholici magistri et scriptores omnino adstringuntur, coarctatur in iis tantum, quae ab infallibili Ecclesiae judicio veluti fidei dogmata ab omnibus credenda proponuntur.
Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XXIII. Romani Pontifices, et Concilia oecumenica a limitibus suae potestatis recesserunt, jura Principum usurparunt, at que etiam in rebus fidei et morum definiendis errarunt.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXIV. Ecclesia vis inferendae potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam.
Litt. Apost. ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXV. Praeter potestatem episcopatui inhaerentem, alia est attributa temporalis potestas a civili imperio vel expresse vel tacite concessa, revocanda propterea, cum libuerit, a civili imperio.
Litt. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXVI. Ecclesia non habet nativum ac legitimum jus acquirendi ac possidendi.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.
Epist. encycl. Incredibili 17 septembris 1863.

XXVII. Sacri Ecclesiae ministri Romanusque Pontifex ab omni rerum temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XXVIII. Episcopis, sine Gubernii venia, fas non est vel ipsas apostolicas litteras promulgare.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXIX. Gratiae a Romano Pontifice concessae existimari debent tamquam irritae, nisi per Gubernium fuerint imploratae.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXX. Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXXI. Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis sive civilibus sive criminalibus omnino de medio tollendum est, etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXXII. Absque ulla naturalis juris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat civilis progressus,

§ V.

Błędy o Kościele i jego prawach.

XIX. Kościół nie jest prawdziwém i doskonałém towarzystwem zupełnie wolném, ani polega na własnych a niezmiennych prawach danych mu przez boskiego założyciela, ale jest rzeczą władzy świeckiéj określić prawa Kościoła i jego granice, w których też prawa swe wykonywać ma być mocen.
Alloc. Singulari quidam 9 decembri 1854.
Allec. Multis gravibusque 17 decembris 1860.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XX. Władza kościelna nie może swéj powagi zażywać bez upoważnienia i zatwierdzenia władzy świeckiéj.
Alloc. Meminit unusquisque 30 septembris 1864.

XXI. Kościół nie ma władzy określenia dogmatem, że religia katolicka jest religią jedynie prawdziwą.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXII. Obowiązek ciążący na nauczycielach i pisarzach katolickich w ogóle, odnosi się tylko do tych przedmiotów, które przez nieomylny wyrok Kościoła podaje się wszystkim wiernym do wierzenia jako dogmat wiary.
Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XXIII. Rzymscy Biskupi i Sobory powszechne przekroczyli granice swéj władzy, przywłaszczyli sobie prawa monarchów, a nadto pobłądzili także w określaniu spraw wiary i obyczajów.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXIV. Kościół nie ma władzy zniewalania, ani nie ma władzy jakiejkolwiek doczesnéj bezpośredniéj albo pośredniéj.
Litt. Apost. ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXV. Krom władzy przynależnéj biskupom, jest inna władza doczesna, przyzwolona przez władzę świecką, albo za wyraźném albo za domniemaném przyzwoleniem, którą władza świecka, ilekroć chce, odwołać może.
Litt. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXVI. Kościół nie ma rodzimego i prawego prawa nabywania i posiadania.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.
Epist. encycl. Incredibili 17 septembris 1863.

XXVII. Służbę świętą Kościoła i Biskupa Rzymskiego należy wyłączyć od wszelkiéj troski i zawiadowania wszelkiego spraw doczesnych.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XXVIII. Biskupom bez zezwolenia rządu świeckiego nie jest nawet wolno listów apostolskich ogłaszać.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXIX. Łaski od Biskupa Rzymskiego udzielane uważać należy za nieważne, jeżeli nie zostały pozyskane za pośrednictwem rządu świeckiego.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXX. Nietykalność Kościoła i osób duchownych bierze swój początek z prawa cywilnego.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XXXI. Sądy duchowne dla doczesnych spraw osób duchownych tak w rzeczach cywilnych jak w rzeczach karnych zupełnie wyrugować należy, chociażby bez wiedzy a wbrew woli Stolicy Apostolskiej.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.
Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XXXII. Nietykalność osoby, którą osoby duchowne wyjmują się zpod prawa służby wojskowéj, można znieść bez wszelkiego naruszenia prawa naturalnego i bez pogwałcenia słuszności; owszém postęp cywilny wymaga

maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta.

Epist. ad Episc. Montisregal. Singularis Nobisque 29 sept. 1864.

XXXIII. Non pertinet unice ad ecclesiasticam jurisdictionis potestatem proprio ac nativo jure dirigere theologicarum rerum doctrinam.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XXXIV. Doctrina comparantium Romanum Pontificem Principi libero et agenti in universa Ecclesia, doctrina est quae medio aevo, praevaluit.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXV. Nihil vetat, alicujus Concilii generalis sententia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum ab romano Episcopo atque Urbe ad alium Episcopum aliamque civitatem transferri.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXVI. Nationalis concilii definitio nullam aliam admittit disputationem, civilisque administratio rem ad hosce terminos exigere potest.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXVII. Institui possunt nationales Ecclesiae ab auctoritate Romani Pontificis subductae planeque divisae.

Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.
Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

XXXVIII. Divisioni Ecclesiae in orientalem atque occidentalem nimia Romanorum Pontificum arbitria contulerunt.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

§ VI.

Errores de societate civili tum in se, tum in suis ad Ecclesiam relationibus spectata.

XXXIX. Reipublicae status, utpote omnium jurium origo et fons, jure quodam pollet nullis circumscripto limitibus.

Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XL. Catholicae Ecclesiae doctrina humanae societatis bono et commodis adversatur.

Epist. encyclic. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

XLI. Civili potestati vel ab infideli imperante exercitae competit potestas indirecta negativa in sacra; eidem proinde competit nedum jus quod vocant exequatur, sed etiam jus appellationis, quam nuncupant, ab abusu.

Litt. Apost. Ad Apostolicae 22 augusti 1851.

XLII. In conflictu legum utriusque potestatis, jus civile praevalet.

Litt. Apost. Ad Apostolicae 22 augusti 1851.

XLIII. Laica potestas auctoritatem habet rescindendi, declarandi ac faciendi irritas solemnes conventiones (vulgo Concordata) uper usu jurium ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede Apostolica initas, sine hujus consensu, immo et ea reclamante.

Alloc. in consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.

XLIV. Civilis auctoritas potest se immiscere rebus quae ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent. Hinc potest de instructionibus judicare, quas Ecclesiae pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt, quin etiam potest de divinorum sacramentorum administratione et eispositionibus ad ea suspicienda necessariis decernere.

Alloc. In Consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

tego zniesienia, osobliwie w państwie rządzącym się prawami liberalnéj konstytucyi.

Epist. ad Episc. Montisregal. Singularis Nobisque 29 sept 1864.

XXXIII. Nie należy wyłącznie do władzy jurysdykcyi duchownéj prawem sobie właściwém i rodzimém zarządzać nauką rzeczy theologicznych.

Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter 21 decembris 1863.

XXXIV. Nauka tych, którzy porównywają Biskupa Rzymskiego do księcia udzielnego a wykonywającego swe prawa w Kościele powszechnym jest to nauka przemagająca w Wiekach Średnich.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXV. Nic temu nie stoi na przeszkodzie, by wyrokiem Soboru powszechnego albo postanowieniem wszystkich narodów, Najwyższe Arcykapłaństwo przeniesiono z rzymskiego Biskupa i miasta na innego Biskupa i do innego miasta.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXVI. Postanowienie narodowego soboru nie dopuszcza dalszego rozbioru sprawy, a władza świecka może się domagać w tym zakresie wywodu kwestyi.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

XXXVII. Można ustanowić narodowe kościoły usunięte z pod władzy Biskupa Rzymskiego w zupełnéj odeń odrębności.

Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.
Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

XXXVIII. Zbyteczne samowole Biskupów Rzymskich wielce się przyczyniły do rozszczepienia Kościoła na wschodni i zachodni.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

§ VI.

Błędy o spółeczeństwie świeckiém samém w sobie, i pod względem stósunku do Kościoła.

XXXIX. Stan rzeczypospolitéj, jako pierwiastek i źródło praw wszelkich, polega na prawie nieokreśloném żadnemi granicami.

Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XL. Nauka Kościoła katolickiego sprzeciwia się szczęściu i pomyślności towarzystwa ludzkiego.

Epist. encyclic. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Quibus quantisque 20 aprillis 1849.

XLI. Władzy świeckiéj chociażby wykonywanéj przez panującego nie należącego do wiernych służy pośredni wpływ zabraniania na sprawy duchowne; temuż służy również nietylko prawo tak nazwane exequatur, ale także prawo apelacyi tak nazwane nadużycia.

Litt. Apost. Ad Apostolicae 22 augusti 1851.

XLII. W razie sprzeczności praw obojga, prawo świeckie przeważa.

Lit. Apost. Ad. Apostolice 22 augusti 1851.

XLIII. Władza świecka ma moc określania, tłomaczenia i unieważniania uroczystych ugód powszechnie konkordatami zwanych w sprawie używania swobód należących do nietykalności duchownéj zawartych ze Stolicą Apostolską bez zezwolenia téjże, a nawet mimo jéj wiedzy.

Alloc. in consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Ilutis gravibusque 17 decembris 1860.

XLIV. Władza świecka może się mięszać do spraw należących do religii, obyczajów i zarządu duchownego. Ztąd wolno jéj wyrokować o rozporządzeniach wydawanych z urzędu przez pasterzy duchownych w sprawie zarządzania sumieniami, owszem może wyrokować o administracyi świętych sakramentów i usposobieniu, potrzebném do przyjmowania tychże.

Alloc. In Consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

XLV. Totum scholarum publicarum regimen, in quibus juventus christianae alicujus Reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur jus immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in gradum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum.

Alloc. In Consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Quibus luctuosissimis 5 septembris 1851.

XLVI. Immo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subjicitur.

Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XLVII. Postulat optima civilis societati, ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cujusque e populo classis pueris, ac publica universimi Instituta, quae litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi juventutis curandae sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenoque civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subjiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim.

Epist. ad Archiep. Friburg Quum non sine 14 junii 1864.

XLVIII. Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiae potestate sejuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tontumodo vel saltem primarium spectet.

Epist. ad Archiep. Friburg. Quum non sine 14 julii 1864.

XLIX. Civilis auctoritas potest impedire quominus sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent.

Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

L. Laica auctoritas habet per se jus praesentandi episcopos et potest ab illis exigere ut ineant diaecesium procurationem antequam ipsi canonicam a S. Sede institutionem et apostolicas litteras accipiant.

Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

LI. Immo laicum Gubernium habet jus deponendi ab exercitio pastoralis ministerii episcopos, neque tenetur obedire Romano Pontifici in iis quae episcopatum et episcoporum respiciunt institutionem.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LII. Gubernium potest suo jure immutare aetatem ab Ecclesia praescriptam pro reliosa tam mulierum quam virorum professione, omnibusque religiosis familiis indicere, ut neminem sine suo permissu ad solemnia vota nuncupanda admittant.

Alloc. Numquam fore 15 decembris 1856.

LIII. Abrogandae sunt leges quae ad religiosarum familiarum statum tutandum, earumque jura et officia pertinent; immo potest civile gubernium iis omnibus auxilium praestare, qui a suscepto religiosae vitae instituto deficere ac solemnia vota frangere velint; pariterque potest, religiosas easdem familias perinde ac collegiatas Ecclesias et beneficia simplicia etiam juris patronatus penitus extinguere, illorumque bona et reditus civilis potestatis administrationi et arbitrio subjicere et vindicare.

Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.
Alloc. Probe memineritis 22 januarii 1855.
Alloc. Cum saepe 26 julii 1855.

LIV. Reges et Principes non solum ab Ecclesiae jurisdictione eximuntur, verum etiam in quaestionibus jurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesia.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

XLV. Cały zarząd szkół publicznych, w których młodzież jakiéjkolwiek rzeczypospolitéj chrześcijańskiéj pobiera naukę, wyjąwszy może pod pewnym względem seminaria duchowne, może i powinien być oddany władzy świeckiéj, a mianowicie w taki sposób, by nadal żadnéj innéj władzy nie przyznawano prawa mięszania się do karności szkólnéj, do zarządu nauk, do udzielania stopni, do wyboru i potwierdzania nauczycieli.

Alloc. In Consistoriali 1 novembris 1850.
Alloc. Quibus luctuosissimis 5 septembris 1851.

XLVI. A nawet w samych seminariach duchownych methoda nauczania zawisłą być ma od władzy świeckiéj.

Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

XLVII. Wzorowe urządzenie społeczeństwa świeckiego wymaga, by szkoły ludowe, do których uczęszczają dzieci wszystkich warstw ludu, jako też w ogóle wszystkie zakłady, które naukom i wykładowi głębszych wiadomości, jakoteż wychowaniu młodzieży są poświęcone, były wyjęte z pod wszelkiego dozoru Kościoła, z pod jego kierownictwa i udziału, a były oddane zupełnemu zarządowi władzy świeckiéj i cywilnéj według upodobania rządzących i według żądań opinii publicznéj chwilowo panującéj.

Epist ad Archiep. Friburg. Quum non sine 14 julii 1864.

XLVIII. Katolicy mogą się zgodzić na taki sposób wychowania młodzieży, który się uchyla z pod wiary Katolickiéj i powagi Kościoła, a który wyłącznie tylko albo przynajmniéj przedewszystkiém dba o wiadomości przyrodnicze i doczesne końce życia społecznego na ziemi.

Epist. ad Archiep. Friburg Quum non sine 14 junii 1864.

IL. Władza świecka może przeszkodzić, by Biskupi i wierni nie znosili się swobodnie i wzajemnie z Rzymskim Biskupem.

Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

L. Władza świecka ma sama przez się prawa prezentowania biskupów i może od nich wymagać, by objęli zarząd diecezyi zanim odbiorą od Świętéj Stolicy kanoniczną instytucyą i listy apostolskie.

Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

LI. Owszem władza świecka ma prawo złożenia biskupów z urzędu służby pasterskiéj, i nie ma obowiązku posłuszeństwa Rzymskiemu Biskupowi w tych sprawach, które się odnoszą do urzędu biskupiego i do instytucyi biskupów.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LII. Rząd może swém prawem zmienić wiek przez Kościół przepisany do profesyi zakonnéj tak męzkich jak żeńskich zgromadzeń, jako też nakazać wszystkim zakonnym zgromadzeniom, aby nikogo bez jegóż zezwolenia nie przypuszczały do składania ślubów.

Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.

LIII. Należy znieść prawa wydane dla zabezpieczenia zgromadzeń zakonnych, a ściągające się do ich praw i obowiązków; owszem rząd świecki może tym wszystkim nieść pomoc, którzy przyjętą regułę życia zakonnego porzucają, śluby uroczyste złamać zamierzają; zarówno może tak zakonne zgromadzenia jako też i kościoły kollegiackie i beneficia simplicia także i prawa patronatu zupełnie znieść, ich zaś dobra i dochody oddać pod zarząd i na własność władzy świeckiéj.

Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852
Alloc. Probe memineritis 22 januarii 1855.
Alloc. Cum saepe 26 julii 1855.

LIV. Królowie i książęta nie tylko się wyjmują od jurisdykcyi kościelnéj, ale nadto w rozstrzyganiu spraw jurisdykcyi są wyżsi od Kościoła.

Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

LV. Ecclesia a Statu, Statusque ab Ecclesia sejungendus est.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

§ VII.

Errores de Ethica naturali et christiana.

LVI. Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est ut humanae leges ad naturae jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant.
Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

LVII. Philosophicarum rerum morumque scientia, itemque civiles leges possunt et debent a divina et ecclesiastica auctoritate declinare.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LVIII. Aliae vires non sunt agnoscendae nisi illae quae in materia positae sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augendis quovis modo divitiis ac in voluptatibus explendis.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.
Epist. encycl. Quanto conficiamur 10 augusti 1863.

LIX. Jus in materiali facto consistit, et omnia hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta juris vim habent.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LX. Auctoritas nihil allud est nisi numeri et materialium virium summa.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LXI. Fortunata facti injustitia nullum juris sanctitati detrimentum affert.
Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

LXII. Proclamandum est et observandum principium quod vocant de non interventu.
Alloc. Novos et ante 28 septembris 1860.

LXIII. Legitimis principibus obedientiam detrectare, immo et rebellare licet.
Epist. encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Quisque vestrum 4 octobris 1847.
Epist. encycl. Noscitis et Nobiscum 8 decembris 1849.
Litt. Apost. Cum catholica 26 martii 1860.

LXIV. Tum cujusque sanctissimi juramenti violatio, tum quaelibet scelesta flagitiosaque actio sempiternae legi repugnans, non solum haud est improbanda, verum etiam omnino licita, summisque laudibus efferenda, quando id pro patriae amore agatur.
Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

§ VIII.

Errores de matrimonio christiano.

LXV. Nulla ratione ferri potest, Christum evexisse matrimonium ad dignitatem sacramenti.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXVI. Matrimonii sacramentum non est nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXVII. Jure naturae matrimonii viculum non est indissolubile, et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LXVIII. Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta existentia tollenda sunt.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

LXIX. Ecclesia sequioribus saeculis dirimentia im-

LV. Kościół należy od Państwa, Państwo od Kościoła oddzielić.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

§ VII.

Błędy z ethyki naturalnéj i chrześcijańskiéj.

LVI. Prawa obyczajów nie potrzebują boskiego uświęcenia, a tém mniéj potrzeba, by prawa ludzkie stósować się miały do prawa natury lub brały moc obowiązującą od Boga.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LVII. Nauka rzeczy filozoficznych i obyczajów, takoż i prawa cywilne mogą i powinny wyzwolić się z pod powagi kościelnéj.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LVIII. Nie należy innych sił uznawać nad te, które działają w materyi, a wszelka przyzwoitość i uczciwość obyczajów zmierzać winna do zgarniania i powiększania wszelkim sposobem bogactw i do zaspokojenia pożądliwości.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.
Epist. encycl. Quanto conficiamur 10 augusti 1863.

LIX. Prawo polega na uczynku dokonanym, wszystkie obowiązki ludzi są czczym tylko wyrazem, a wszystkie uczynki człowieka mają moc prawa.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LX. Władza nie jest nic innego jak liczbą i zbiorem sił materialnych.
Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

LXI. Niesprawiedliwość pomyślnie dokonana niczem nie uwłacza świętości prawa.
Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

LXII. Należy ogłosić i zachować zasadę tak nazwaną nieinterwencyi.
Alloc. Novos et ante 28 septembris 1860.

LXIII. Godzi się prawowitym monarchom odmawiać posłuszeństwa, a nawet rokosz podnosić.
Epist. encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846.
Alloc. Quisque vestrum 4 octobris 1847.
Epist. encycl. Noscitis et Nobiscum 8 decembris 1849.
Litt. Apost. Cum catholica 26 martii 1860.

LXIV. Tak zgwałcenie każdéj chociażby najświętszéj przysięgi, jako też każdy zbrodniczy i haniebny występek, sprzeciwiający się prawu odwiecznemu, nie tylko nie są nagannemi, ale nadto dozwolonemi, i najwyższéj pochwały godnemi, gdy się dzieją dla miłości ojczyzny.
Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

§ VIII.

Błędy w sprawie małżeństwa chrześcijańskiego.

LXV. Nie można żadnym poprzeć dowodem twierdzenia, iżby Chrystus wyniósł małżeństwo do godności sakramentu.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXVI. Sakrament małżeństwa jest tylko uzupełnieniem kontraktu, od niego zupełnie odrębném, a sakrament właściwy zasadza się li tylko na błogosławieństwie małżeńskiém.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXVII. Według prawa natury związek małżeński nie jest nierozdzielnym, a w wielu przypadkach rozwód właściwy może nastąpić wskutek zatwierdzenia władzy świeckiéj.
Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LXVIII. Kościół nie ma prawa zaprowadzania przeszkód zrywających małżeństwo, ale władza ta należy do rządu świeckiego, który powinien istniejące dziś przeszkody znieść.
Litt. Apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

LXIX. Kościół począł z czasem w wiekach ubiegłych

pedimenta inducere coepit, non jure proprio, sed illo jure usa, quod a civili potestate mutuata erat.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXX. Tridentini canones qui anathematis censuram illis inferunt qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici vel de hac mutuata potestate intelligendi sunt.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXI. Tridentini forma sub infirmitatis poena non obligat, ubi lex civilis aliam formam praestituat, et velit hac nova forma interveniente matrimonium valere.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXII. Bonifacius VIII. votum castitatis in ordinatione emissum nuptias nullas reddere primus asseruit.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXIII. Vi contractus mere civilis potest inter christianos constare veri nominis matrimonium; falsumque est, aut contractum matrimonii inter christianos semper esse sacramentum, aut nullum esse contractum, si sacramentum excludatur.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Lettera di S. S. PIO IX. al Re di Sardegna, 9 septembris 1852.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.
Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.

LXXIV. Caussae matrimoniales et sponsalia suapte natura ad forum civile pertinent.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

N. B. Huc facere possunt duo alii errores de clericorum coelibatum abolendo et de statu matrimonii statui virginitatis anteferendo. Confodiuntur, prior in epist. encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846, posterior in litteris apost. Multiplices inter 10 junii 1851.

§ IX.

Errores de civili Romani Pontificis principatu.

LXXV. De temporalis regni cum spirituali compatibilitate disputant inter se christianae et catholicae Ecclesiae filii.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXVI. Abrogatio civilis imperii, quo Apostolica Sedes potitur, ad Ecclesiae libertatem felicitatemque vel maxime conduceret.

Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

N. B. Praeter hos errores explicite notatos, alii cumplures implicite reprobantur proposita et asserta doctrina, quam catholici omnes firmissime retinere debeant, de civili Romani Pontificis principatu. Ejusmodi doctrina luculenter traditur in Alloc. Quibus quantisque 20 april. 1849; in Alloc. Si Semper antea 20 maii 1850; in Litt. apost. Cum catholica Ecclesia 26 mart. 1860; in Alloc. Novos 28 sept. 1860; in Alloc. Jamdudum 18 mart. 1861; in Alloc. Maxima quidem 9 junii 1862.

§ X.

Errores qui ad liberalismum hodiernum referuntur.

LXXVII. Aetate hac nostra non amplius expedit, religionem catholicam haberi tamquam unicam status religionem, ceteris quibuscumque cultibus exclusis.

Alloc. Nemo vestrum 26 julii 1855.

LXXVIII. Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cautum est, ut hominibus illuc

przeszkody unieważniające zaprowadzać, nie na mocy prawa sobie właściwego, ale opierając się na tém prawie, które dzierżył od władzy świeckiéj.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXX. Kanony trydenckie, wymierzające anathemat przeciw tym, którzyby śmieli zaprzeczać Kościołowi władzy zaprowadzania przeszkód unieważniających, albo nie są dogmatyczne, albo zrozumiane być powinny jako wydane na mocy téj władzy odzierżonéj.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXI. Forma trydencka nie obowięznje pod karą nieważności tam gdzie prawo cywilne inną formę przepisuje i chce zaprowadzeniem téj nowéj formy małżeństwo uświęcić.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXII. Bonifacy VIII. pierwszy orzekł, iż ślub czystości przy święceniach złożony unieważnia małżeństwo.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXIII. Na mocy ugody czysto świeckiéj może pomiędzy chrześcijanami zachodzić prawe i godziwe małżeństwo; i jest błędem jak z jednéj strony, że kontrakt małżeński pomiędzy chrześcijanami jest zawsze sakramentem, tak z drugiéj strony, że nie masz kontraktu, gdzie nie masz sakramentu.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Lettera di S. S. PIO IX. al Re di Sardegna, 9 septembris 1852.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.
Alloc. Multis gravibusque 17 decembris 1860.

LXXIV. Sprawy małżeńskie i zaręczyny z natury rzeczy należą do sądów cywilnych.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.
Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

N. B. Tutaj także należą dwa inne błędy o zniesieniu celibatu osób duchownych i o pierwszeństwie stanu małżeńskiego przed stanem dziewiczym. Zbite zostały błędy te, pierwszy w Liście encykl. *Qui pluribus* 9. Listopada 1846., drugi w Liście Apost. *Multiplices inter* 10. Czerwca 1851.

§ IX.

Błędy o panowaniu świeckiém Biskupa Rzymskiego.

LXXV. Synowie Kościoła chrześcijańskiego i katolickiego nie zgadzają się w odpowiedzi na pytanie, o ile się rządy duchowne zgadzają z panowaniem doczesném.

Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.

LXXVI. Zniesienie panowania doczesnego, które Stolica Apostolska posiada, przyczyniłoby się wielce do swobody i szczęścia Kościoła.

Alloc. Quibus quantisque 20 aprilis 1849.

N. B. Prócz tych błędów po szczególe wymienionych, potępiają się wiele innych implicite wyłożoną i stwierdzoną nauką, którejby wszyscy katolicy jako najusilniéj trzymać się winni o doczesném panowaniu Biskupa Rzymskiego. Taka doktryna oczywiście wyłożona w Allok. *Quibus quantisque* 20. Kwietnia 1849.; w Allok. *Si Semper antea* 20. Maja 1850. w Liście Apost. *Cum catholica Ecclesia* 26. Marca 1860. w Allok. *Novos* 28. Września 1860.; w Allok. *Jamdudum* 18. Marca 1861.; w Allok. *Maxima quidem* 9. Czerwca 1862.

§ X.

Błędy, które się ściągają do dzisiejszego liberalizmu.

LXXVII. W czasach naszych już nie uchodzi, aby religią katolicką uważano za jedyną religią państwa, z wyłączeniem wszystkich innych wyznań.

Alloc. Nemo vestrum 26 julii 1855.

LXXVIII. Ztąd chwalebnie w niektórych Katolickich Krajach prawem zastrzeżono, aby ludziom tam przybywa-

immigrantibus liceat publicum proprii cujusque cultus exercitium habere.

Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LXXIX. Enimvero falsum est, civilem cujusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque palam publiceque manifestandi conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos ac indifferentissimi pestem propagandam.

Alloc. Numquam fore 15 decembris 1856.

LXXX. Romanus Pontifex potest ac debet cum progressu, cum liberalismo et cum recenti civilitate sese reconciliare et componere.

Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

jącym wolno było wykonywać publiczne nabożeństwa swego jakiegokolwiekbądź wyznania.

Alloc. Acerbissimum 27 septembris 1852.

LXXIX. A więc błędem jest, iżby swobody cywilne jakiegokolwiekbądź wyznania, równie jak zupełna władza wszystkim udzielona głośnego i publicznego objawiania jakichkolwiekbądź zdań i pomysłów, wieść miały do tém łatwiejszego popsowania obyczajów i sposobu myślenia ludu i do rozpowszechniania zarazy indifferentyzmu.

Alloc. Numquam fore 15 decembris 1856.

LXXX. Rzymski Biskup może i powinien pogodzić się i zastósować do postępu, liberalizmu i cywilizacyi nowoczesnéj.

Alloc. Jamdudum cernimus 18 martii 1861.

LITTERAE APOSTOLICAE

Quibus Indicitur Jubilaeum Universale ad Implorandum Divinum Auxilium

universis christifidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

—

Arcano divinae Providentiae consilio ad Apostolicae Sedis fastigium nil tale merentes evecti, probe novimus in quantas inciderimus rerum ac temporum difficultates, ut divino subsidio maximopere indigeamus ad arcendas a dominico grege ubique latentes insidias, ad Catholicae Ecclesiae res pro Nostri muneris officio relevandas, componendas. Quapropter assiduis huc usque precibus non destitimus obsecrare Misericordiarum Patrem, ut infirmas Nostras vires sua virtute roborare, et lumine sapientiae suae mentem Nostram illustrare velit, quo commissum Nobis apostolicum Ministerium rei Christianae universae bene ac feliciter eveniat, et compositis tandem fluctibus Ecclesiae navis a diuturna tempestatis jactatione conquiescat. Quoniam vero, quod commune bonum est, id communibus etiam votis postulandum, omnium Christifidelium excitare pietatem decrevimus, ut conjunctis Nobiscum precibus Omnipotentis dexterae auxilium impensius imploremus. Atqui exploratum illud est, gratiores Deo futuras hominum preces, si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris ad ipsum accedant, idcirco sequuti etiam exemplum Praedecessorum, Nostrorum, qui in Pontificatus primordiis idipsum praestiterunt, caelestes Indulgentiarum thesauros dispensationi Nostrae commissos Apostolica liberalitate Christifidelibus reserare constituimus, ut inde ad veram pietatem vehementius incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati ad Thronum Dei fidentius accedant, ejusque misericordiam consequantur, et gratiam inveniant in auxilio opportuno.

Hoc Nos consilio Indulgentiam ad instar Jubilaei Orbi Catholico denunciamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi ex illa ligandi ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis ac singulis utriusque sexus Christifidelibus, in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenietibus, qui Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, et Sanctae Mariae Majoris Basilicas, vel earum aliquam a secunda Dominica Adventus nimirum a die sexta Decembris inclusive, usque ad diem vicesimam septimam ejusdem mensis pariter inclusive, que est dies festa Sancti Joannis Apostoli bis visitaverint intra tres illas hebdomadas, ibique per aliquod temporis spatium devote oraverint, ac quarta, ex sexta feria, et Sabbato unius ex dictis hebdomadibus jejunaverint, et intra easdem hebdomadas peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, et pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique devotio suggeret, erogaverint, ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu officialibus, aut de illorum madato, et ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postpuam ad Morum notitiam hae Nostrae pervenerint, designandas, vel earum aliquam spatio trium similiter hebdomadarum per eosdem una cum Ecclesiis stabiliendarum bis visitaverint, aliaque recensita opera devote peregerint,

LIST APOSTOLSKI

którym naznacza się Jubileusz Powszechny do uproszenia pomocy boskiéj!

Wszystktm Wiernym Chrystusowym do których ten list dojdzie Pozdrowienie i Apostolskie Błogosławieństwo.

—

Niezbadanym boskiéj Opatrzności wyrokiem na Apostolskiéj Stolicy wysokość, a bez naszéj zasługi wyniesieni, wiemy dobrze, na jakie trudności spraw i czasów napotkaliśmy, a ztąd téż czujemy, że przedewszystkiém boskiéj potrzeba nam pomocy do oddalenia od trzody pańskiéj zasadzek zewsząd się ukrywających, do podniesienia i zarządzenia sprawy Kościoła katolickiego w miarę obowiązków urzędu Naszego. Ztąd téż nie przestaliśmy dotąd w nieprzerwanych modłach błagać Ojca Miłosierdzia, by nasze niedołężne siły potęgą swą wesprzeć, i światłem mądrości swéj umysł nasz oświecić zechciał, iżby powierzoną Nam Apostolską Służbę na zbawienny pożytek powszechnéj rzeczypospolitéj Chrześcijańskiéj obrócił, a po uśmierzeniu bałwanów łódź Kościoła z długiéj zamieci i tuczy wypoczęła. A ponieważ o to, co jest dobrém pospolitém, pospolitemi modlitwami błagać należy, postanowiliśmy obudzić pobożność wszystkich wiernych Chrystusowych, aby połączywszy się z nami w modlitwach gorąco pomocy prawicy Wszechmogącego wzywali. A że doświadczenie uczy, że przyjemniejszemi będą Bogu modlitwy człowieka, gdy czystém sercem, to jest z duszą od wszystkich grzechów wolną do niego przystępuje, dla tego idąc za wzorem Poprzedników Naszych, którzy w początkach Arcykapłaństwa tak samo sobie poczynali, postanowiliśmy niebieskie skarby odpustów powierzonych szafunkowi Naszemu z apostolską szczodrobliwością otworzyć Wiernym Chrystusowym, by ztąd do prawdziwéj pobożności gorliwéj zachęceni, a przez Sakrament Pokuty od zmazy grzechów oczyszczeni zbliżali się ufniéj do tronu Bożego i miłosierdzia jego dostąpili, a pomoc znaleźli w skutecznych posiłkach.

I w tym celu odpust na wzór Jubileuszu Światu Katolickiemu ogłaszamy. A ztąd ze zmiłowania Wszechmogącego Boga, polegając na powadze Apostołów Bożych, Błogosławionych Piotra i Pawła i na władzy wiązania i rozwięzywania, którą nam Pan acz niegodnym udzielił, wszem w obec i każdemu z osobna z wiernych Chrystusowych obojéj płci, żyjącym w Mieście Naszém, albo doń przybywającym, którzyby Bazyliki Świętego Jana Laterańskiego, Księcia Apostołów, i Świętéj Maryi Większéj, albo jednę z nich od drugiéj Niedzieli Adwentowéj począwszy, to jest od dnia szóstego Grudnia włącznie aż do dnia dwudziestego siódmego tegóż miesiąca także włącznie, to jest do uroczystości Świętego Jana Apostoła podwakroć w tychże trzech tygodniach nawiedzili, i tamże przez czas niejaki pobożnie się modlili, jako téż w Środę, Piątek i Sobotę jednego z rzeczonych tygodni post zachowali, i w przeciągu tychże tygodni grzechów się swoich spowiadali, Przenajświętszy Sakrament Eucharystyi pobożnie przyjęli, a ubogim jakąkolwiek jałmużnę, jako każdemu pobożność poda do myśli, udzielili, wszystkim zaś innym poza rzeczoném Miastem gdziekolwiekbądź żyjącym, którzyby kościoły, wyznaczone od Ordynariuszy diecezalnych, lub ich Zastępców, albo officyałów, albo z ich polecenia, i w ich braku, przez tych, którzy tam wykonują pasterzowanie dusz, skoro tylko do ich wiadomości ten Nasz list dojdzie, albo jeden z tychże również w przeciągu trzech tygodni mających się oznaczyć przez onychże samych wraz z kościołami, dwakroć nawiedzili, i inne wyliczone uczynki pobożnie wypełnili, najzupeł-

Do tego numeru Dodatek numer 1.